Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



192

Johannes autem incipit patri temptatione dicere interponit
quedam de contumelis dni. & adiungit quo dinde missus e ad
caifan pontificem, et inde recapitulat ut explicat quam coepe
rat temptatione patri in domum quo de primo adductus e. & &
redit ad ordinem ubi ostendat quemadmodum ductus sit dns
ad caifan, Sic ergo matthis sequitur. Petrus uero sedebat
foris in atrio. & accessit ad eum una ancilla dicens, Et tu cum
ihm galileo erat. At ille negauit coram omnib; dicens. Nescio
quid dicis. Exeunte autem illo ianuam uidit illum alia & ait his qui
erant ibi. & hic erat cum ihm nazareno. Et iterum negauit cum
iuramento. quia non noui hominem, & post pusillum accesserunt
qui stabant & dixerunt petro. Uere & tu ex illis es. de testatio iu
ramento quia non nouisti hominem, Et continuo gallus cantauit.
Haec dicit matthis. Intellegitur autem quod postea quam exit
foras cum iam semel negasset. gallus cantauit. priusquod
matthis tacet. & marcus dicit. Non autem foris ante ianuam
iterum negauit. Sed cum rediisset ad focum. quando autem
rediit non opus erat commemorare; Marcus ergo sic illud
narrat exit foras ante ante atrium & gallus cantauit,
Rursus autem cum uidisset illum ancilla. coepit dicere circum
stantibus quia hic ex illis est. At ille iterum negauit, Haec uero
ancilla non eadem sed alia est. sicut dicit matthis; sane hoc quoq;
intellegitur. quia in secunda negatione a duobis compellatus est.
& a hac ancilla scilicet quam commemorat matthis & marcus. & a hal
quem commemorat lucas. sic enim hoc narrat lucas. Petrus
uero sequebatur alonge, Accenso autem igne in medio atrio.
Et circumsedentib; illis erat petrus in medio eorum, Quem
cum uidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen & eum fixis
set intuita. Dixit. & hic cum illo erat. At ille negauit eum
dicens mulier non noui illum. & post pusillum alius eum
uidens dixit. & tu de illis es. hoc ergo quod lucas ait,
Et post pusillum iam ingressus erat petrus ianuam. &

Nam & loquella eius mani festum fecit, Tunc coepit.

XII.